Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

et plantasti eos: afflixisti ꝑplos et expulisti
eos. Nec enim in gladio suo possederit terram
et brachium eorum non saluabit eos. Sed dex-
tera tua et brachium tuum et illuminatio vul-
tus tui: quoniam ꝓplacuisti in eis. Tu es ipse
rex meus et deus meus: qui mandas sa-
lutes iacob. In te inimicos nostros ventilabimus
cornu: et in nomine tuo spernemus insurgen-
tes in nobis. Non enim in arcu meo spe-
rabo: et gladius meus non saluabit me ✠
Saluasti enim nos de affligentibus nos:
et odientes nos confudisti. In deo lauda-
bimur tota die: et in nomine tuo confitebi-
mur in seculum. Nunc autem repulisti et
confudisti nos: et non egredieris deus in
virtutibus nostris. Auertisti nos retro: sui
pus inimicos nostros: et qui oderunt nos di-
ripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oues
escarum: et in gentibus dispersisti nos. Ue-
didisti ꝑplum tuum sine pretio: et non fuit
multitudo in commutationibus eorum. Po-
suisti nos obprobrium vicinis nostris: subsanna-
tionem et derisum his qui in circuitu nos-
tro sunt. Posuisti nos in similitudinem gentibus